

XII.
NOTÆ ARGENTINENSES

In Epistolam amici ad amicum germanice conscriptam contra censuras Heidelbergensem & Argentinensem, quæ in Carlsruh mense Februario 1781 prodit.

1.^o

AUCTOR epistolæ in facti expositione animum prodit ita exacerbatum, ut Lector quivis facile agnoscat, eum non tam sensus aliorum referre, quam suos eundem ipsis affingere.

2.^o

Vera sint etiam quæ de Professore Badensi affert elogia; nunquam tamen eum omni ex parte innocentem probabit, cum is theses suas, antequam typis excuderentur, non exhibuerit Superiori ecclesiastico, prout mos est in scholis catholicis, & leges jubent. Videatur Constitutio Leonis X. *Nos ne id.* lata in Concilio lateranensi, renovata in tridentino, & à Pio IV. in constitutione *Dominici* die 24 martii anno 1564.

3.^o

Reprehendit suâ p. 5^a. in hac collectione 133^a Theologos Heidelbergenses, quod proscripserint hanc propositionem Badensem 12.^{am} . . .

Amor sui est unicus, ab ortu inditus, ac fundamentalis impulsus hominis . . .

Aitque eorum ignorantiam vel inde patere, quod offensi sint hâc voce: *Unicus*, licet plures philosophi idem